

quàm discere. can. Si officia. dist. 59.

## STATUTUM VIII

### De recommendatione Professoris vo- candi

Quamvis Professorum ad Collegium  
Juridicum vocatio ex antiqua praxi et  
consuetudine ad totam Universitatem per-  
tineat; tamen Prepositus Collegij pro tem-  
pore existens, inhærendo antiquo usui et  
praxi rationabili ac Conclusioni per Uni-  
versitatem in Anno 1714. lata et Libro  
antiquo Conclusionum insertæ, occurren-  
te vocatione loci et Professionis, habito pri-  
us cum CC. D.D. Doctoribus et Professo-  
ribus actu Collegium inhabitantibus con-  
silio et assensu obtento, vocandum Professo-  
rem actu laborantem Domui et Facul:

17.

tati proficuum Universitati presentet; Uni-  
versitasq; hunc et non alium ad Collegium  
et Professionem vacantem vocet, ac a vio-  
lenta subjecti, vel subjectorum impositione  
sub nullitate ipso facto vocationis abstineat  
Quæ enim per vim fiunt, carere debent ro-  
bore firmitatis. c. ad audientiam. de Iis  
quæ vi metusve causa fiunt.

### STATUTUM IX.

**De Examine Professoris vocati**  
Vocatus sic, ut premissum est, ad Colle-  
gium Professor, antequam illud ingre-  
diatur et possessionem Cathedre adeat,  
debet se, similiter sub nullitate vocatio-  
nis, subdere examini CC. DD. Doctorum  
actu Collegium inhabitantium, ut per il-  
lud se idoneum et habilem ad docendum